



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quod non est omnino idem dicere esse patrem & genuisse vel habere  
filium. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

quia semper genuit. & hæc eadem dicitur pater-nitas, vel generatio. Et proprietas qua filius semp̄ est filius, est, quia semper genitus est à patre: & hæc eadem dicitur filatio, vel genitura, vel nativitas, vel origo, vel nascibilitas. Sic & proprietas qua spiritus sanctus est spiritus sanctus, vel donum est quia procedit ab utroque: & hæc eadem dicitur processio. In præmissis ergo locutionibus eadem significatæ sunt proprietates.

Quomodo non est omnino idem dicere esse patrem & genuisse, vel habere filium, ita &  
de aliis.

## C

NEC tamen videretur nobis omnino esse idem dicere aliquid esse patrem & genuisse filium: vel aliquid esse filium, & habere patrem: vel esse spiritū sanctum, & procedere ab utroque: alioquin pater nō esset nomen hypostasis, id est, personæ, sed proprietatis tantum: similiter filius, & spiritus sanctus & ita non per tria nomina significantur tres personæ. Ideoq; dicimus, quia patris nomen tantum relationem notat, sed etiam hypostasim, id est, substantiam significat: ita & filius, & spiritus S. Relationum vero vocabula, scil. paternitas, filatio, processio, vel gignere, gigni, procedere, ipsas tantum relationes, nō hypostases significant, siue habere filium & habere patrem: ut verbigratia, cū dicimus Deus est pater, nomine patris & relationē notamus, & diuinā hypostasim significam⁹: ut sit intelligētia talis, Deus vel diuina essentia, i. ille qui genuit, id est, hypostasis quæ habet filium: Similiter Deus est filius, i. hypostasis genita vel habens patrem. Ita etiā Deus est spiritus S. id est, hypostasis procedens ab utroque, siue ille qui procedit. Cū vero nomina relationum ponim⁹ in prædicatis, notiones ipsas tantum significant⁹, non hypostases: ut cū dicimus, Deus genuit, i. habet filium, & De⁹ genit⁹ est, i. habet patrem. Et tunc oportet intel- ligi

ligi subjectis hypostases tantum non essentia quæ  
illis proprietatibus determinantur.

*Quod proprietates determinant hypostases, non substanciam id est, naturam.*

ILLÆ n. proprietas singulae singulis propriis co-  
*Ioan. Dam.* ueniunt personis, & per eas personæ determinan-  
*lib. 3. de or-* tur, & à se inuicem differant, sed à se non secedunt.  
*thodoxa fi-* Vnde *Ioan. Damasc.* Non differit ab inuicem hy-  
*de ca. 6. ad* postases secundum substantiam, sed secundū cha-  
*principium.* racteristica idiomata, id est, determinatiuas pro-  
*Cap. 7. eius-* prietas. Charateristica vero, id est, determina-  
*dem in prin-* tiua, sunt hypostaseon & non naturæ. etenim hy-  
*cipio.* postases determinant. Item esse quidē intēporali-  
ter & eternaliter dicimus diuinā verbi hyposta-  
sim, simplicem, omnia habentē quæ habet pater,  
ut eius homousion, id est, cōsubstantialē: nativi-  
tatis modo & habitudine à paternali hypostasi

*Lib. 3. cap. 5.* differentē, nūquam vero à paternali hypostasi se-  
*in princip.* cedētem. Idem apertius exprimens personales pro-  
prietates, in eodē ait: Differentiā hypostaseon, id est, personarum in tribus proprietatibus, id est, paternali & filiali & processibili recognosci-  
m°. Incessibiles autem ipsas hypostases, & indis-  
stabiles inuicem, & unitas quidem inconfusibili-  
ter; tres n. sunt & si unitæ diuisas autē indistanter.  
Etenim singula perfecta est hypostasis, & propri-  
a proprietatem, scil. existentiæ modum propriū pos-  
sideret: sed unitæ sunt substantia, & non distant ne-  
q; secedunt à paternali hypostasi. Ecce hic habet  
distinctas tres illas proprietates, quæ supra diuer-  
sis significatæ sunt modis.

*Quod sunt alia nomina personarum easdem proprietates*  
*notantia scilicet genitus genitor, ver-*  
*bun, imago.*

HIC non est prætermittendū, quod sicut pater  
& filius & spiritus s. nomina personarum sunt, &  
proprietates personales designant: ita etiā sunt &

alia